e-codices

locū cathene vbi sepius ꝑcingi solebat.
carnē q̄ȝ ipām in locis quatuor ꝓfundius
cathena sulcatam. adeo ut de eisdem
vulneribꝫ cruor decurrens. ciliciū
plorā ꝓfuderit. Posuerūt aūt capsellā
cū cilicio ad caput eius in feretrū. et de
portauerūt cū corpore ad locū monu-
menti. Et suspenderūt hec tria morti
ficacionis eius indicia. iuxta tumulum
ad caput eius. Per que deinceps ad onsione
meritorū ipsius. plurimas virtutes
dn̄s pie querentibꝫ exhibuit. Qua ex re
intelligere possumus. quia idem vir et
si a persecutore sanguinis effusione nō
est ymolatus. semetipm̄ tamē offerens
dn̄o hostiam viuā in odore suauitatis.
et crucē suā tollens cottidie saluatorē
secutus. martiris laborē et palmā ꝯfessor adeptus e.

33 Postquā sc̄itas venerandi patris.
et miraculi magnitudine. et horū
manifestacione signorū cunctis qui
funeris eius interferāt negocijs patēter
ostensa est. Ep̄us ad feretrū accessit. et
ex vna parte illud subleuās. presbitero
alter in sequens sustollente. equis supposuit.
et astantibꝫ dixit. Auferte frenos de ca-
pitibꝫ eorū. ut libertate concessa. quo
dn̄s voluerit pergant. Accepta ergo
cruce et candelis. psalmos et melodias
cōcinētes. iter agere ceperūt. Equi aūt
i neutrā partē declinantes. recto itinere
ꝑrexerūt ad cellā viri dei. Quo cum
ꝑuenissent. depositū est feretrū ante
oratoriū. Discipuli aūt eius eleuantes
ꝑp̄ doctoris reliquias intulerūt. et an
altare posuerunt. Deinde pariter cum
ep̄o oracionē ꝑ illo facientes. fecerūt
fossam sepulchri inter pariete et altare.
ibiq̄ȝ ꝑ̄ribꝫ huic rei congruentibꝫ pⁱmi-
ssis. sepelierunt eum. Omnibusq̄ȝ ri
te consumatis. multitudo que ad tanti
viri concurrerat exequias. episcopi be
nedictione comunita. ad ꝓpria remeauit.

35 Cum bti corporis thesaurū felix
locus in pace suscepisset. volens dn̄s
de morte famuli sui meritibꝫ ꝯsolacōes
ꝓbere medelā. nouitate miraculi pate
fecit. quā aput se claritate sp̄us fulge
ret carita. Nam duo cerei in castro du
corpus eius eleuaret accensi. ita ardentes
delati sūt vsq̄ȝ ad locū sepulture. Positi
aūt vnus ad caput alter ad pedes. ꝑ triginta
dies deinceps. mirabile dictu nō deficiēdo
ardebant. et ardendo nō deficiebant. Et ut
mōstraret has durandi vires cere liqueti
celitus attributas. et de huius miraculi mat-
eria plurime in posterū v̄tutes emanarūt. Miracula.
Nam quicumq̄ȝ deinceps fatigati doloribꝫ. vel
oculorū lippitudine. vel auriū ꝑclusione
laborantes. de eisdem cereis quippiā cere
tulerūt. et locis que huiusmodi tenebantur
incomodis aptauerūt. optate celeriter
dona ꝑcepere salutis. Post hec tanta v̄tus
ad sanandos varijs infirmitatibꝫ depressos.
aput sepulchrū bti viri cunctis illuc ve-
nientibꝫ. et oracionū eius suffragia fidelit̄
postulantibꝫ apparuit. ut et fama tanti
meriti cunctis que circumposite erant
regionibus innotesceret. et locus ipse
non mediocriter frequentaretur a populis.

34 Quia igitur obtissimi p̄ris vita et vi-
rtutes sc̄i galli. si in vnū compingatur
librū. possunt ob sui ꝓlixitatem aliquod
ingerere legenti fastidiū. statui duobus
hoc opus libellis distinguere. ut prior illorū
vitam eius et actus vsq̄ȝ ad sepulturā illius
veridica relacione ꝓducat. sequēs mira
bilia q̄ ꝑ quemodū ꝓmeritis eius dn̄s ondit.
Primo videlicet ea q̄ priorū ad nos scripto
ꝓlata sūt retexat. Deinde q̄ ap̄batissimis
testibꝫ indicata. nr̄a etate a gotzberto ca- Gotzpert
rissimo fratre litteris sunt mandata sub- Abbas.
nectat. ne qd̄ particulatim scriptum est.
lacimosa diuisione disiugatur. sed pocius
qd̄ iunctū est parilitate factorū. sit etiā
copulatū cōp̄hensione dictorū. Atq̄ȝ hic
prioris libelli finis que premissa sunt Praeiudicium.
terminet. et sequēti que restant. sine
preiudicio comprehendenda reseruet.

Explicit prior liber de vita et trāsitu
Sancti galli confessoris xp̄i.
Hec habentur in sequenti libello.

Ca. 1 Quomō hostes sepulchrū beati galli vio-
2 lauerūt. Qualiter boso ep̄us corpus eius
3 reposuerit. Qua pena multati sint
4 eiusdē loci violatores. Quo miraculo
palla sup̄ lectū sc̄i incēsa redintegrata sit.
5 Miraculū misse auis. et de signorū sc̄i
6 viri multiplicitate. Quomodo donariū
sc̄o deferendū ab incēdio sit reseruatum.
7 Correctio eius q̄ caballū que vouerat
8 fraude retinuit. Cera de furto oblata
9 in lapide conuersa. Annunciacio scriptoris

Lizenz: CC-BY-NC – St. Gallen, Kantonsbibliothek, Vadianische Sammlung, VadSlg Ms. 70, f. 11r – Casus Sancti Galli; Vitae sanctorum (http://www.e-codices.ch/de/vad/0070/11r)